



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm
Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

ANNO CHRISTI 1589. pro fidei sanctæ reuerentia & firmitate proponite , quod de proferendo symbolo nostra Deo dicente decreuit serenitas. De cetero autem pro inhibendis insolentium moribus , mea vobis consentiente clementia , sententiis terminata * districtioribus & firmiori disciplina , quæ facienda non sunt , prohibete , & ea quæ fieri debent , immobili constitutione firmate.

TITVL I CAPITVLORVM.

- I. *De obseruatione priorum Canonum.* *ut habitum mutent.*
- II. *De symbolo proferendo a populo in ecclesia.* *XIII. Quod non liceat duos clericos in forum causare.*
- III. *Vt episcopo non liceat rem alienare ecclesia.* *XIV. Vt Iudeis uxores vel concubinas Christianas habere , sive comparare mancipia Christiana , & iudiciale non liceat , vel publica officia peragere.*
- IV. *Vt episcopo liceat unam de parocitanis ecclesias monasterium facere.* *XV. Quod manere debeant firmum , si serui fisci ecclesiæ fecerint , easque peculio suo ditauerint.*
- V. *Vt episcopis , presbyteris , diaconibus ex heresi videntibus , iam non liceat misceri uxoribus , vel quod hi quissemper catholici fuerunt , in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur.* *XVI. Quod idolatriæ cultura a sacerdotibus , vel a iudicibus exquirenda est , atque exterminanda.*
- VI. *Quod liberti ab episcopis , vel ab aliis facti , & ecclesiæ commendiati , permanere debeant liberi.* *XVII. Quod qui filios suos necaverit , a sacerdotibus vel a iudicibus distingatur.*
- VII. *Quod lectio in omnibus sacerdotalibus mensis legi debet.* *XVIII. Quod semel in anno ad Concilium sacerdotes & iudices , atque actores patrimonii nostri patr. fiscalis debeat conuenire.*
- VIII. *Quod de clero , ex familiis fisci nullus unquam postulet a rege ; & qui acceperit , irrita talis donatio maneatur.* *XIX. Quod ecclesiarum omnium dos ad episcopi ordinationem debeat pertinere.*
- IX. *De ecclesiis ab heresi translatis , ut ad episcopos in quorum sunt parochiis * permaneant.* *XX. Quod sacerdotes moderanter agere debent per parochias.*
- X. *De viduis , queque voluerint , continentiam teneant , & queque nubere elegerint , quibus voluerint nubant : aque & de virginibus.* *XXI. Quod serui ecclesiæ , sive clericorum , non debeant a iudicibus vel ab actoribus in aliqua angaria fatigari.*
- XI. *Quod pœnitentes , secundum modum antiquorum Canonum , agere pœnitentiam debeat.* *XXII. Quod religiosorum corpora cum hymnis & canticis tantum deferenda sunt ad sepulcra.*
- XII. *Quod qui voluerint pœnitentiam agere , prius tondeantur ,* *XXIII. Quod * vallemantia , & turpes cantici prohibendi sunt a die , al. gallie , manchia , sanctorum solennitatibus.*